

LIBER SECVNDVS

detulit posterisq; suis litterarum sane imperitis dedit. ii libros hos inclusos ac negligēter positos tenebant. Senti-
entes autem Archalos reges sub quibus erant: studium in conquirendis libris maximū habere ad bibliothecam
instituentiam quæ p̄gami erat: sub consilio pessimo eos sub terra in quadam fossa occuluerūt. quos tandem illi
qui ex eo genere erant Apeliconi theio magno uenditos precio tradidere. Aristotelicos scilicet & Theofra-
sticos: tineis & humiditate labefactos: ille uolens corrosiones emendare eos transcribendos dedit. scriptu-
ra non recte suppleta libros edidit erroribus plenos. ut inquit Strabo. A Theofrasto igitur usq; ad illa tempora
peripathetici cum penitus libris carerent: paucis dumtaxat exceptis: nihil habebāt in quo firmiter philosopha-
rentur. Cæterum posteriores postq; ii libri in lucem uenere: Aristotelem inuitantes: longe melius q̄ illi priores
philosophati sūt. Addito etiam ad errorum augmentum. q̄ cum Silla Athenas cepit: cōtinuo mortuo Apeli-
cone: eam bibliothecam Remam detulit & furtim gramation quidam aristotelis amator & librarii uendentes
corrupto eo qui bibliothecæ præerat transcripsere. & ut sit multa a scriptorū incuria potius: non conferendo ex
emplum exemplari: & sola lucri gratia scribentium quam phylosophiæ amore multa deprauata sūt. Creden-
dum est igitur illam dictionem (ζωφθορα) quæ sonat (progressu) tineis aut humiditate labefacta uel nō labefa-
ctam in hanc dictionem (γενεσιων) idest (generationum) ab aliquo prædictorum uel alio quem uolueris im-
perito imitatum fuisse. tantoq; magis in hunc incidit errorē quia eam principio de generatione cōformem esse
cōspexit. in quo ea quæ de partibus colligit. quo factum est ut non solum illam uitauerit dictionem sed libro-
rum loca mutauerit. illum uidelicet qui ē de generatione in locū eius qui ē de p̄gressu transferendo: corrigenda
est igitur hoc mō ea littera qua dicebatur in fine de p̄tibus (Sequitur ut de generationibus ipsorū differamus) ut re-
cte dicat) Sequitur ut de p̄gressu ipsorū differamus. in similit̄ errorem Cecidere nōnulli: q̄ cū Aristotelem cerne-
rent ī principio libri de cā longitudinis ac breuitatis uitæ. ea collegisse quæ in libro de somno & uigilia tracta-
ta fuerant: credidere librum hūc qui est de uitæ longitudine ac breuitate: ei libro q̄ de somno & uigilia tracta-
comitē esse. ait. n. (De somno quidem igit̄ & uigilia dictū est prius de uita aut̄ & morte dicendū posterius simili-
ter aut̄ & de langore & sanitate quantum adiacet naturali phylosophiæ nūc autē de cā eius quod est hæc quidem
esse longe uitæ: hæc aut̄ breuis uitæ sicut dictū est prius cōsiderandū) non. n. hic ea de causa collegit q̄ de somno
& uigilia: ut hos ambos libros ostenderet uicinos: & cōiguos. quoniā uere p̄ multa media separati sūt. sed som-
ni & uigiliae hic meminit: eo quia cum de coniugationibus tractaturus esset: de quibus in libro de sensu & sen-
sibili se tractaturū esse iam promiserat minime cōiugationem quæ est somnus & uigilia expectaremus. cū de ea
suo loco. s. inter operationes aīali propinquas iam egisset. Esto igitur prudens cum Aristotelem alicubi uideris
aliq̄ colligentē: & aliqua proponētē: seu se tractasse aut tractaturū pollicentem neq; putes p̄ hoc continuū sem-
per illorum uelle ordinem. Sed tunc certissime continuū expectabis ordinem cū in principio aut fine librorum
uel partis alicuius iam expeditæ uel incipientis colligit aut proponit. potissime cum nulla alia specialis causa col-
lectionis illius aut propositionis præter illoꝝ ordinem assignari potuerit. Qualis causa specialis in collectione
facta in principio de animalium generatione assignari pōt: quæ iam prædicta est qualis etiā assignata est specia-
lis cā eius collectionis quæ in principio de longitudine ac breuitate uitæ facta est qualis insuper in principio de
motu aīaliū assignari potest præter ordinem. Collegit. n. ibidem dicta de particularibus motibus: non ut librum
hunc uicinum putaret illis in quibus particulares motus pertractati sūt sed ut necessitatem ostendat illius tra-
ditionis quæ est de causa motus in comuni aīalium: cum aliæ determinationes de particularibus motibus & di-
uerso modo ab illo aliam requirant tractationem in quibus autē collectionibus aut propositionibus specialis cā
præter ordinem percipi non potest: sed absoluta dictorū collectio & dicendorū propositio reperitur ī iis certis
partibus aut librorū solus attenditur ordo talis scilicet ut ea quæ proponuntur seq̄ni mox debeant ad ea quæ
colliguntur. ut etiam in superioribus demonstratum est. Subtile ergo ingenium ac animi solertia hominē red-
dit habilem ad hæc specialium causarum inuentionem ad uerumq; librorum ordinem doctrinæ physicæ Ari-
stotelis perceptionem. Quæ igitur fuerit deceptio & quæ deceptionis causa & erroris ex iis manifestum est
Nunc de plurimis erroribus qui ex dicta deceptioe in philosophorū scolis ortū habuerūt circa ordinē librorū
physicæ doctrinæ Aristotelis p̄ posse disputabimus. Dato enim uno incōuenienti plura sequi facile est.

Quod diuisio a q̄ bñsdā de negotio aīaliū facta eosdē philosophos & alios in sex deduxit erroꝝ. Caput. IIII.
Ixiimus in superioribus duas esse difficultates circa naturalis doctrinæ Aristotelis ordinē unā de pte unā
ad alteram partem collata de qua superius iā expediuimus Alterā de p̄ticularis illius partis quæ est de aīali-
bus inuicē collatis. q̄ pars de aīalibus fuit quarta pars physicæ doctrinæ Aristotelis de qua secunda diffi-
cultate nunc disputandū est prius suppositis & approbatis quibusdam de duobus p̄fatis epilogis siue sermonibus
plurimos circa hanc difficultatē corrigēdo errores. in primis tamē ipsos ponemus errores dehinc contra unum-
quēq; singulatim disputabimus. Vidētes. n. plurimi phylosophi ea q̄ in fine libri de p̄tibus aīaliū & ea q̄ ī prin-
cipio de lōgitudine ac breuitate uitæ scripta repiunt nō habētes ī manib; suis librum q̄ de p̄gressu aīaliū cōiter-
dī cū ipsimet dicāt eū nūq̄ uidisse nec aduertētes ad plurima aristo. & p̄p̄theticorū de hoc ordine dicta: ī ferius
p̄ nos deducēda: sed uerba potius ipsius auicēnae ī principio sui libri de aīa obseruātes dixerūt totā de aīalibus me-
thodū ī duas p̄t̄i p̄tes q̄z una ē de principio formali aīaliū. s. de aīa: cū op̄ationibus ipsam cōsequētibus. s. sensu
memoria: somno & uigilia & motu lōgitudie ac breuitate uitæ iuuetute & senectute. respiratione: morte & ui-
ta lāgore & sanitate. & hanc p̄tem posuere priorē quoniā aīa cōe est principiū oībus aīalibus imo ēt plātis: cōia at̄
uti dicūt p̄cedre debēt Altera ps est de corpe sensitiuo: qd̄ est mātis ps ipsius aīalis. de qua pte dicūt eē librum de
aīalibus: ex tribus suo mō cōfectū. s. ex historiis ex p̄tibus. ex ḡnatiōe. Ex quibus uerbis sex colligunt̄ errores. Pri-
mus error est q̄ scd̄ n. hos liber de historiis de p̄tibus de ḡnatiōe ī unū copulati sūt. Scd̄s q̄ illud totū ex iis tri-
bus cōfectū de pte mātis aīaliū dici debeat. Tertius q̄ illud totū ex tribus cōfectum liber de aīalibus dicatur

LIBER SECVNDVS

Quartus q̄ liber iste totus ultimus sit totius de aialibus negocii. imo totius negocii physici cum sit ultima de animalibus pars. & hæc sunt quatuor peccata circa partem illam quã isti dicunt ex Aristotelis sententia tractare de materia aialium. De prima autẽ parte oritur quintus error uidelicet q̄ liber de aia sit primus i toto de aialibus negotio. ad quã sequuntur omnes animæ operationes p̄fatæ. Oritur & sextus error uidelicet q̄ liber de longitudine ac breuitate uitæ cū sibi cognatis: eos mox sequat̄ libros qui de aliis sunt operationibus .s. sensu memoria & cæteris: & hæc satis de erroribus in cõi plurimorum phylosophorũ. in quos etiã erro: es omnes Aristotelis expositores latini a tercentis annis citra incaute cecidere. inter quos omnes phylosophorũ scolarũ nostri et temporis uersantur. contra quos errores sumptis ac suppositis quibusdam in superioribus iam approbatis. singularim disputandum est.

Contra primum errorem quo dicitur librum de historiis librum de partibus librum de generatione animalium copulari in unum.

Caput. V.
 Icentibus igitur hos tres libros simul in unum copulari scilicet historias. partes. & generatione: plurima accidunt absurda. Destruunt enim primo epilogũ illum in superioribus sæpe positum. quo in fine de animalium progressu scribitur (Quæ quidẽ igitur de ipsis cæteris partibus & earũ quæ circa progressus aialium circa oẽm secũdũ locũ mutatione hũc habet modũ iis determinatis cõseqns est speculari de aia). posuit. n. i iis uerbis eũ q̄ de aia mox post eũ q̄ de p̄gressu. q̄ tractat p̄es ad motũ aialium oportũas q̄ liber mox seq̄t ad eũ q̄ de p̄tibz aialium d̄r: i q̄tuor diuisũ. Destruunt isup nobile illũ i fine libri de motu i cõi aialium positum epilogum primæ partis totius generalem de quo superius disputatũ est. in quo scribitur (De partibus quidem igitur uniuscuiusq̄ aialium & de anima adhuc autem & de sensu & memoria & somno & cõi motu diximus causas. Reliquum autem de generatione dicere) Destrueretur etiam ordo in superioribus approbatus. quo dicebatur substantiam primo cum operationibus p̄p̄iuis Secũdo generatõne tertio uitam cum morte determinari debere præterea ubi locabit̄ liber de aia? nõ ante hũc ex iis tribus cõfectũ ex superius ostensis: nec post ipsum secũdũ hos Destruitur Aueroys sententia q̄ in parafrasi siue suma metheteorologice dixit.) Ordo autẽ librorũ isto rum manifestũ quod debet esse talis. Nã liber in quo loq̄tur de membris animalium & eorũ utilitatibus præcedit librũ de aia. nã hæc sunt materia animæ) Ad hæc si ii tres libri in unum copulentur ea destruetur correspondentia quam liber historiarum qui docet de animalibus: quia sunt residuis habet libris qui de animalibus causas inquirunt. In historiis enim post partes ipsas nõ sequitur generatio sed inter ea sensuum cognitio uocis & somni media cadit. Theophrastus etiam in plantis p̄ceptoris sui obseruatissimi sequens uestigia & merito in libro de historiis plantarum post plantarũ partes non generatione statim sed ipsarum operationes & affectiones determinauit. merito etiam sic processit quoniam plantarum cognitio animalium cognitionem ueluti specularis q̄dã imago & exẽplar rẽ speculo obieclã imitari debet. uti supius demonstratũ ẽ. Tot igit̄ & tãta ac plura sequũt̄ incõuenientia si tres illos libros in unũ cõtinuare uolueris. Catege ex aduerso si tres libros illos separatos suis in locis supius definitis disposueris: sicut de iure dispõi ac ordinari debet: hoc solũ cõtinget q̄ litterã q̄ in fine de p̄tibus repta est deprauatã fuisse cogamur dicere q̄ p̄fecto ueritati nõ esse absolutũ liquido cognosces: si ea q̄ de hoc disputata sunt diligenter atĩederis. Falsum igit̄ ac itollerabile putadũ ẽ illos tres libros de historiis: de partibus: de generatione: in unum coniũgi debere & hic primus fuit error de sex erroribus supius positis quos assumpsimus esse corrigendos. Nunc autem illi duo simul corrigendi sunt errores: q̄bus dicebat̄ q̄ tota illa ps ex his tribus cõfecta libris de animalium materiali esset parte. & q̄ illud totũ dici debeat liber de aialibus.

Contra alios duos errores uidelicet cõtra errorem quo dicũt tres p̄fatos libros eẽ de corpe sensitiuo. i. materiali p̄te aialium: & contra illũ quo dicũt illud totũ ex tribus cõfectũ nũcupari librũ de aialibus. Caput. VI.

Rauiori etiam peccarunt errore dicentes illam partem ex tribus illis cõfectam: dici debere de corporibus sensituis idest de parte materiali animalium. & totũ illud appellari librum de animalibus. Nam de iis decẽ & octo uel decẽ & nouẽ uolumibus solũ septẽ cũ dimidio uidelicet quatuor de p̄tibus aialium & tria cũ una p̄te quarti e. us q̄d est de historiis solum de aialium materia tractat. Residua uero oĩa undecim uolumina fere uel duodecim: uidelicet q̄nq̄ de ḡnatiõne: de historiis uero sex fere uel septẽ: nõ materiã: sed illa quæ de generatiõne: generatiõis cãs & species & efficiẽtẽ cãm: reliqua de opationibus aialium: generatione: uita uitæq̄ cognatis determinat. Aristoteles. n. i p̄cipio de generatiõne aialium cũ dicta de p̄tibus collegisset: p̄posuit dicẽda hoc mō. (Restat ut de p̄tibus quæ ad generatione p̄inẽt disceramus: de q̄bus nihil adhuc definitũ ẽ. atq̄ ẽt de cã mouẽte q̄ nã sit: sed de ea ipsã cã cõsiderare idem quodã mō ẽ atq̄ de generatiõne cuiusq̄ agere). Cũ itaq̄ ipsa generatio: & p̄cipiũ generatiõis q̄d est cã efficiẽs aialium cũ p̄tibus ad generationem seruiẽtibus quæ ẽt uicẽ efficiẽtis tenent causã i hoc libro de generatiõne tractet̄: seq̄t igitur q̄ iste liber qui est de generatiõne aialium q̄nq̄ cõtinens uolumina: nõ est de solo p̄cipio materiali ipsius aialis. imo de efficiẽti cã: & si partes aliquas puta generationi seruiẽtes tractat: nõ put aialis sunt materia: sed tanq̄ ad generatione istrumẽta considerat & ps illa de talibus agens p̄tibus parua admodũ ẽ. Nõ recte igit̄ dixerũt q̄ totum illud ex decẽ & nouẽ uoluminibus cõfectũ: dici debeat de parte materiali aialis. cum eius minor pars. .s. uolumina septem cum dimidio uel parum plus de numero decem & octo uel decem & nouem tali possint nuncupari nomine. Male ẽt dixerunt dicentes illud totum ex illis tribus cõfectum dici librũ de aialibus. Ille. n. p̄p̄rie dici debet liber de aialibus q̄ totum scibile quoquomō de aialibus continet. .s. substãtiã cũ opationibus: generatione: & uitã: & hoc mō liber de historiis de aialibus liber nuncupari debet. Hoc mō diogenes laertius nouem dixit Aristotelem scripsisse de aialibus. Per hæc. n. uolumina nouẽ historias intellexit non cõputatis fragmentis: de q̄bus superius scripsimus sufficienter. Simili quoq̄ mō si reliqua oĩa preter historias uolumina i unũ copulent. .s. tredecim quæ eorũ q̄ i historiis tradita sunt cãs inquirũt ita quidẽ ut unũ totũ conficiat̄ negocium: illud totũ pro certo. de aialibus magis q̄ q̄d